



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XXV. De Qvodam Pvero curato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

DE QVODAM PVERO

curato.

ALTERA quoq; filia eiusdem BERCHTOLDI, filiū parū habebat difficultate vrinādi grauitē laborantem. Cumq; medicorum alij esse strāguriā, alij vero calculum indicarent, cumq; oportere incidere testarentur, amici eius ponentes in Deo spem suam, Beati ERMINOLDI patrocinia requirentes, non sunt fraudati à desiderio suo. Nam puer adductus, ad sancti yri sepulchrum illico integraliter est sanatus.

XXV.

DE DOLORE OCULO-

rum curato.

ALIVS item ciuis RATISPONENSIS, OPERTVS nomine filiam quandam habebat RAPOTONIS vxorem, quæ oculorum dolore ferme cæcata, ducta ad viri Dei sepulchrum, cum decem nūmos in censu eidem promitteret annuatim, insperatam oculorum recepit protinus claritatem.

XXVI.

ITEM DE OCVLORVM

dolore fugato.

QUIDAM de ipsa etiam ciuitate HENRICVS qui VICEDOMINVS appellabatur, simili dolore laborās, ductu amici sui cuiusdam etiā HENRICI vocabulo, ad sepulchrum Patris Sancti deueniens, simili deuotionis affectu, effectū curationis simili ostēdit.

XXVII.

DE